

nae christianaæ, nec tamen a verbis ductæ sunt,  
veræ dogmatice, sed non grammaticæ et ἐξη-  
γῆτικῶς.

23. Quoniam autem libri sacri scripti sunt  
a viris Θεοπνεύσοις, facile intelligitur, veram  
dictorum repugnantiam in iis esse non posse.  
Neque enim Deus aut non videt, quid sit con-  
sequens aut consentaneum cuique, aut ita obli-  
viscitur sui, vt non satis memor sit eorum,  
quae ante dixerit. Itaque si talis repugnantiae  
species offeratur, conciliationis aptae ratio inda-  
ganda est: de cuius modo locus proprius erit  
praecipiendi.

24. Eandemque ob caussam omnis interpre-  
tatio, vt in libris humanis, sic multo magis  
in diuinis, debebit consentire consilio scriben-  
tis, et orationi reliquæ, contextum vocant.  
Nam homines possunt negligentia aut inscitia  
ponere, quae consilio non conueniant: Spir-  
itus sanctus nullo modo. Atque hinc pendet  
certitudo interpretationis e consilio orationis et  
serie, quae tamen non vnam cautionem habet:  
quas suo loco trademus.

---

C A P.